

Werk

Titel: Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventinv

Jahr: 1646

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN367611805

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

LOG Id: LOG_0124

LOG Titel: De strige. Cap. VIII.

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN367611716

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

An quæ per totum ves est notissima Lesbos.
 Non audita tibi est; patrium temerasse cubile
 Nycumenen, auis illa quidem, sed conscia culpa
 Conspicuum; lucem q̄ fugit, tenebris q̄ pudorem
 Calat, & à cunctis expellitur aethere toto.

Alij præti fuisse filiam dicunt, & vim patris timentem aufugisse, quam Minerua postea in Noctua mutavit, & sacram habuit.

DE STRIGE. Cap. VIII.



AVD rectè Bellonius, alijq; nonnulli Strigem Caprimulgo eundem faciunt, cū & specie, & figura sint diversissimi. Nam Strix nocturnis cæteris annumeratur, & ab Ouidio, & rapax, & Noctuæ similis describitur. Caprimulgo verò Cuculo minorem esse Aristoteles tradit. Est tamen nocturnarum quoddam genus, cuius inuentionem, & descriptionem, hîc ponemus, quod à rusticis agri Bononiensis Caprarum vbera exugere mihi relatum est, quale certè Caprimulgum dicere quis possit. Verùm cū in Ouidiana Strigis descriptio adamussim ei competere videatur, forsitan non malè Strigis nomine à nobis donabitur, cū neque aliam auem, quæ id potius meretur, iam habeamus. Hæc fortasè quod suctu labiorum capras emulgeat, à contraria ratione vbera sua infantum labris immulgere falsò putata est superstitiosæ antiquitati. Nulla enim auis vbera habet excepto Vesperilionæ, aut tale facere perhibetur. Cū autè Strix nter nocturnas verè recensenda sit, ut potè omni ex parte Noctuæ similis itaque hanc Caprimulgo Aristoteles anteponendam diximus, ut potè nocturnis maximè diffimilem. Vel si fortè & illa, quam hîc delineatam proponimus, etiam Caprimulgus est, ut supra ex relatu rusticorum nostrorum diximus, saltem hoc ipso, quo diximus, nomine, nempè quod nocturnas referat, alteri proponenda venit.

Bellonij
 ror.

Æ Q V I V O C A.

STrix frumtæ genus apud Hippocratem est, tritico leuius, & ventrem soluit. Sunt qui velint pro trago accipere. Striges Græmatici quidam recentiores apud Plautum vilia olea interpretantur, Verba à Plauti hæc sunt *Et homines canas sibi coquunt; qui condiant, Vitis conuuis inestima que exedant. Nō condimentis conditū, sed strigibus.* Sed quæ erendū, an hîc est strigis genus illud frumenti indicetur, quod strigem Hippocrati vocari diximus. Vel ut Lambino placet, innuit coquus Plautinus cōdimenta, quæ alij coqui adhibēt, ut Striges quasdā discolorare, & discruciare intestina. Strix præterea apud Vitruuiū dicitur pars caua columnæ striatæ, quæ admodum pars eminula striâ dicitur; Hinc nimirum, & Strigiles dicuntur canaliculi è ligno aut ferro dentati, quibus pelis animalium perstringitur, ac abstergitur. Strix, teste Plinodoro, est animal in Africa Erinatij simile; vocatum autem à spinarum stridore, quas tergo laxatas emittit, & canes insequentes vulnerat. Striga est ordo rerum inter sese continuatè collocatarū, ut ait Festus, quod vna sint cōstrictæ. Similia, & Germanis vocabula sūt ein Streych, ein Strym; hoc est, ductus rectus, oblongus, latitudinis nullius, vel modicæ plerumque. Strigas Italicum vulgus appellat vetulas magas, quæ transformari dicuntur in feles, & alias animalium species, & sanguinem infantum sugere. Vulgò la streca, stria, ianara, magara, fatturca.

Strix frumentum.
 Strix olus
 a In p seu-
 dolo.
 b Lib. 10.
 Strix pro
 canitate
 colūna.
 Stria q̄.
 Strigil: s
 canaliculi
 c Lib. 12.
 cap. 2.
 Strix q̄
 Stria ve-
 stula dici-
 tur.
 Italis.
 Syria.
 Syria vna
 Strigil: s
 Strix per-
 niciosa.
 Pnix vi-
 lux incub.

SYNONIMA.

STriges, aues inauspicatæ, Græcis Syria nūcupantur, ut ex uerbis, quibus eas (teste Festo) auertere solent, videre licet. Sunt uerò huiusmodi: Σύρνια πομπόουεν νυκτικομα σριγίνα δ' τ' ὀλοῦν, ἄρνις ἀπάνωμον ὠκυπόροιστε πνίχα). Est autè sensus, ut Syria noctuaga, ltrix perniciosa, & nefanda auis, atq; uelox Pnix abigatur. Alijs tamè quibusdā placet, & nō indoctis uiribus, tres aues diuersas, omnesq; inauspicatas in uerbis istis designari, & cū suis singulas epithetis: nēpè Syria νυκτικομα (sic, n. potius legendū, quā νυκτικομα) & Strigē perniciosa, abominabili ē aue, & Pnica vel Pniga ὠκυπορος, id est, uelocē, uel celerē. Et fortè Pnix, auis credita esse noctū πνίγην, id est, suffocare dormientes conaretur, quæ admodū, & incubus, pingalio
 f. q̄ noctū πνίγην, id est, suffocare dormientes conaretur, quæ admodū, & incubus, pingalio

Strix q̄
 Stria ve-
 stula dici-
 tur.
 Italis.
 Syria.
 Syria vna
 Strigil: s
 Strix per-
 niciosa.
 Pnix vi-
 lux incub.

Græcis,

Schraetle. Græcis, vel ephia lres dictus, eiusdē maleficij monstrū, siue spectrū nocturnū vulgò creditur, 20
Nachtmä Germani vocāt das Schraetle, Nachtmäle. Belgæ, & Angli die mare, id est, equā; Hollandi die
le. nachtemerri, id est, equā nocturnē. Nisi quis Syrnium tantum, & Strigem pro aubus accipiat,
Mere. πνικα verò pro incubo spectro. Ita Medicis Πνικ hysterica suffocationem ex vtero significat.
Pnix by Est igitur siue fingitur Stryx auis nocturna inauspicata, Latine à stridore, vt vult Ouidius di-
berica. cta, vel vt Festus à stringendo. Illius originis rationem a Ouidius his reddidit verbis:

Est illis Strigibus nomen, sed nominis huius

Causa, quod horrenda stridere nocte solent.

Etyolog.

a 6. de Fa

Hic. Huius verò causa esse potest, quod noctu pueros constringere existimentur. Hesychius, &
Στρίγλος. Varinus Στρίγλος habet pro Στρίξ in nominatiuo, quibus etiā Strix Νυκτοβία, & Νυκτιοι αξ
Νυκτοβία vocari scribitur, De Νυκτοραce quæ sit, alibi diximus: Noctua enim à nonnullis νυκτοβιας dicit,
 voce à νυκτοβια haud ab simili. Sed ab his nocturnarū auiū nomina confundi patet; nisi, & nos

Στρίξ.

Αμα. Strigem, vel Noctuam, aut quamuis aliam nocturnam opinari velimus. Nam, & Ouidiana Stri- 20
Αμα siue gis descriptio nō vni aui cōpetere videtur; apud quosdam Στρίξ pro Strige reperi, ex Festo
Αμμα quæ nimirū, qui στρίγχα nominat in accusatiuo. Strix inquit author libri de natura rerum ex Ili-
Germanis do vulgò Ama vocatur, ita dicta, quod pullos amet, vel quod sola pullorum ori lacteum insilil-
Lamia. let humorem. Ridicula sanè etymologia, quam ab amando voce Latina deriuant, cum tamen
Κερυνξ a Amma Latina non sit, sed Germanica, vbi ama siue amma per duplex m, vt Albertus scribit,
uis. nutrix vocatur. Sed, & nominis ratio falsa est. Nā veteres Strigem non suis pullis, sed infanti-
 bus lac insillare noctū ex vulgi opinione tradidere. Sunt qui puent Lamias, & Striges idē
 esse, vana vtraq; puerorum terriculamenta. Verū Lamia ad quadrupes potius referēda
 est. Κερυνξ auis exponitur à nonnullis stridula, eademq; esse putatur cum Latinorū Strige, quip
 pe quæ, & ipsa dicta sit à stridendo.

DESCRIPTION.

a 6. Fa.

O Vidius a breui verborum compendio Strigem hoc pacto describit:

— Strigum.

Grande caput, hautes oculus, vltra apta rapina,

Canicies pennis, vnguis hamas in se.

Strigis no

hie for-

ma.

Magnitu-

do.

Caput.

Oculi.

Rostrum.

Color.

Cauda.

Crura.

Vngues.

Digitii.

Frescia.

Quæ omnia, etsi propriè nocturnæ aui competunt, pluribus tamen cōmunia sunt, nec certò do-
 cent, quæ nān ex omnibus peculiariter hoc nomine dicta sit. Nam grande pleriq; totius cor-
 poris respectu, & teres caput est, & stantes, id est, fixi oculi, & rostrum, & vngues adunci, & plu-
 mis cinereis Noctuæ sunt. Vnde veteres quispiam suspicetur per Strigem indifferenter quā-
 uis auem rapacem intellexisse, aut quænam propriè esset ignoraTe Nos hoc loco auis cuiusdā
 nocturni generis descriptionē subiiciemus, cum quod à reliquis omnibus diuersa sit, tūm quod 40
 quò aptius referri possit, ignoremus.

Est hæc auis Afionis magnitudine, dodrantem, & palmos duos cum dimidio, à capite ad vl-
 timam vsque caudam longa. Caput habet magnum, rotundum, quale cæteris, anteriori parte
 plumulas exiguas, graciles, in orbem velut flammecum positas. Oculi ei grandes, pupillæ maxi-
 mæ, atræ admodum, iris dilute flaua, ac pallens, præter cæterarum morem, quibus intensior ac
 Rosstrum. flammantior est. Rosstrum aduncum colore corneo, fusco. Pennæ vniuersi corporis ferrugi-
 næ, maculis fuscis præsertim in remigibus transuersim distinctæ. Tegetes remigum vltimæ
 macularum albarum ordinem suis sinibus efficiunt. Cauda palmo ferè alis longior, ferruginæ
 similiter trāsuerfis, vt in Accipitribus, lineis picta. Crura ad digitorum vngues vsque pilosa in-
 star pedis leporini. Vngues nigerrimi, non admodum adunci. Digiti pedum bini antè, totidē
 retrò, vt Piciis, & alijs nocturnis non auritis. Bubones enim, & Afiones ternos antè, vnum re-
 trò habēt instar cæterarum auium. Excipitur sola Scops, quæ simul, & plumeas aures obtinet, 50
 vt Afio, & digitos ab vtraq; parte binos, vt Noctua. Normanni Galliæ populi maritimi auem
 quandam nocturnam, quam Fresciā vocant, speciem Bubonis esse dicunt, non maiorē Vlula
 fusci coloris, & pedibus ad cælum conuersis volare. Hæc fortè non temerè cum nostra hac
 eadem videtur.





V O X.

STrigis vox propriè stridor Latinis dicitur, vnde κερχνης avis, cuius Aristophanes meminit quamque Latine stridulam à κερχός. quo gutturis asperitas sonusq. raucus, & streperus significatur, vel etiam à verbo κέρχων, interpretantur, nulla alia esse potest meo iudicio, quàm nostra Strix. Verba Aristophanis sunt: Ἀλλὰ γλαυκῶν λόχος εἰς αὐτὴς καὶ κερχνη δὸν ἐπιτριψέ, id est, *Nocturnarum, & stridularum agmen in sp̄as ingruet.* Nam, & Author Philomelæ inquit: *Strix nocturna sonans, & Vesperilio strident,*

Et Ovidius.

*Est illis Strigibus nomen, sed nominis huius
Causa, quòd à horrenda stridere nocte solent.*

Dares Phrygius ululare facit:

*— sibi credula fingit
Noctivagus ululasse Striges,*

Seneca vocem raucam eis ascribit:

Mætiq̄, cor Bubonis, & raucæ Strigis.

a Lib. 6. Tristem, & querulam, qualis Buboni alijsque nonnullis nocturnis a Lucanus:

Quod irēpius Bubo, quid Strix nocturna queruntur.

Et Statius ait:

*Nocturnæq̄, gemunt Striges, & feralia Bubo
Damna canens.*

b l. i. Elog. b Tibullus tam absonam vocem cantus nomine dignatur:

Semper, & è scētis Strix violenta canit.

N I D U S.

a Lib. i. Me **O**Vidius a Strigem in arboribus nidulari, videtur innuere hoc versu:

Vulturis in ramis, & Strigis ova tulit.

et morph.

Quâquâ pro ova, alij oralēgāt, quæ vox à terribile, & truculentū avis aspectum referri debet.

CIBVS. RAPACITAS.

a 6. Fast.

STriges infantibus insidiari scribunt, & sanguinem in cunis noctū exugere, immò, & dilaniato vnguibus corpore mortem afferre. Fabulam hanc narrat a Ovidius:

Noctē volans, puerosq. pesunt nutricis egenes,

Et visitant cunis corpora rapta suis.

Carpere dicuntur lactentia viscera rostris,

Et plenum potō sanguine guttur habent.

Alij verò non sanguinem puellorum dilaniatorum exorbere tradunt, sed quod magis fabulosum est, virosâ vbera sua infantum labris immulgere; Verùm Plinius, qui alioquin fabulosa sæpè pro veris nobis obtrudit, rectè equidem hoc commentitium, & anile nugamentum, qualia sanè omnia sunt, quæ de Strige narrantur, iudicavit; quòd volucrum nulla præter Vesperilionem mammas habeat. Alij stringere infantum corpora, atque ita comprimendo, offendere Striges putabant; vnde Festus Striges à stringendo dictas esse conjicit. Q. Serenus utriq̄. casu facere testatur;

Præterea si forsè premis Strix avrapuellos,

Virōsa immulgens exertis vbera labris.

Maleficas mulieres fabulæ occasione dedisse crediderim; quæ puellos munerum, & lactis oblatione falcinare dicuntur; vnde Mantuanus:

— Teneros ne fascines arsis

Noxia Strix &c.

b 12. Orig.
cap. 7.

Striges b Isidorus non alienis pueris, sed proprijs pullis humorem quendam lacteum instillare eosq; vitra aliarum consuetudinem amare, prodidit. Qua de causa amas dictas esse, sed qua lingua, non addit. Sed hoc nomen Latinum non est, reor Hispanicum, vt Calepinus admonet. Atque erat Hispanus ipse, & Germanos nutrices ammas vocare diximus; ita nihil certum ab authoribus de Strigum natura traditur, vt enim veritatis vna est via, ita mendacij multiplex.

cl. 11. c. 49
d Lib. 6. de
polit. litera
via par. 68.

vnde non immeritò e Plinius: *Esse tu maledicti iam antiquis,* inquit, *Strigem conuenit, sed que sit auium, constare non arbitror.* Immo verò nunquid in rerū natura exararet, dubitare potius debet Plinius. a Angulus Decembrius hanc quæstionē agit quidem, sed nihil tamen concludit.

10 Verba eius hæc sunt: *Quin etiam ego de Gryphibus interdum dubitare soleo. Nam cum à Virgilio pro inimicis eorum ponantur (ita enim communis fert opinio) & Serenus eodem loco ipsorum animam libiformem effigiem plane commemorat: à Plinio tamen ita denegari solent, ut leuissimos, & sandæhrenicos appellet, qui in rerum natura Gryphes appellantur: eodem modo de Strigibus, quas ut obsecras volucres abominamur, ad ita etiam superstitio, & veneficas anas earum specie inuictas per nocturna silentia infantum corpuscula fascinare, spiritus etiam intercludere, ut ab e Ouidio pulcherrime. Quæ mirum est in Plinio Gryphes negari Striges, magis quàm iragelaphos, aut rhinoceros, vel hienas. & id genus rarissimum: cum vnus à Marone, alter à Plinio recitatos videamus, nisi poetæ fortè ad vulgarem opinionem loquuntur. Et paucis interiectis: At ego magis nonnulla negauerim, ipso etiam Plinio asseuerante. Quamquam in cæteris omnibus longè deservissimum commentatorem inuenio, sed librorum in scitis frequentissimè confusum. Et paulò post: Arbitror peccatorum lasciuia fieri, ut de Gryphibus, & Strigibus illa referantur, nam ita Poeta audent canere, sicut peccatoribus licet effingere. Hæc Decembrius, sed adhuc incertus & quæstionis institutæ ambiguus. Nobis verò dubium non est, quin nefaria ea facinora, quæ Strigibus à veteribus plus isto superstitiosis & dæmonum artibus illis ascribentur, nocturnis incantatrici illæ & veneficæ vetulæ committant, quæ scilicet aubus nocturnis callidus dæmon imputari voluit, nè maleficia eius de reecta, in ipsum autorem reiecta, ab hominibus impedirentur. Si quæ tamen auis Strix dicenda est, ea vna ex nocturnis erit, quibus tantum Ouidij descriptio conuenit. Quæ tamen peculiari ea sit, incertum est. Ouidius sanè ipse præcipuus fabularum author, nihil de earum natura, aut veritate asserere ausus, in magicam vim earum ortum referre videtur.*

C In Fabris.

Avis que Strix dicitur.

Sine igitur nascuntur aues, seu carmine fiunt,

Neniamq. volucres falsa figurat anus,

20 *apertis eadem Strigi putata, Latine stridula depalci traditur τας τράπονας, id est, apes syluestres, seu Vespa genus, quod vnas, tam maturas, quam immaturas exugat.*

AUGURIA.

30 **E**sse in maledictis, inquit a Plinio, iam antiquis Strigè conuenit, Vnde b Seneca: *Infallia Strigis omen trite vocat, & Pamphilo improba dicitur hoc vetus: Improba Strix, Anser, Noctua, Mercurus, anus.*

a L. II. c.

49

b in Hercule furem etc.

c In Elegi

c Inuicilo violenta:

Semper & è recto Strix violenta canit.

d Dares Phrygius vocem earum mali ominis timorem veteribus incussisse inuuit;

sibi credula fingit

Nocturnas vltasse Striges

Quintianus infandam nuncupat eadem de causa.

Infanda cum carne Strigis

40 Remaclus taxicolam, quia & Taxus funesta & mortifera arbor est.

Mendosè lemures, taxicolag, Striges.

d De bello Troiano.

DENOMINATA.

AB inauspicatis hisce aubus, nomen maleficis mulieribus inditum, quas, ut ait, Festus volaticas etiam dicebant. Et Italicum vulgus strigas vel magas vocat vetulas, quæ transformari perhibentur in feles, & alias animalium formas, & sanguinè infantium lugere. Strigofum animal quoddam dictum purant, quasi à Strige exhaustum.

Volaticæ mulieres que. Serigofum. animal. quale.

FABULOSA.

50 **O**a Vidius Ianum tradit cum Crane Nympha concubuisse, & pro concubitu ius cardinis ei donauisse, ut à cardinibus scilicet, & foribus noxia & infasta omnia posset depellere, & eo munere ab illa Striges nocturnas aues, quæ Procæ infantem infestabant, & corpore vnguibus laniato, sanguinem exorbebant, adhibitis precibus, ceremonijs, sacrificijs & virga sacrificij & virga de spina alba abactas esse. Fabulam recitat his versibus.

Viderat hanc (Crane) Ianus visq. cupidine captus,

Ad auram verbis mollibus vsus erat.

Nympha tunc quartæ de more remotius antrum,

Visq. comes sequitur diuisusq. duccem.

a 6. Fab.

tani cum Crane concubuit.

Proca infans a Strigibus infestata.

Virga Stri-
ges pellēt,

Stulta, vides Tannus quo possit sua terga gerantur,
Nil agis, & latebras respicis ille tuas.
Nil agis, en dixit, nam te sub rupe laensem
Occupat amplexu seque possus, ait.
Ius pro concubitu nostro tibi cardinis esto:
Hoc postea pretium Virginis aetatis habe.
Sic factus, virgam, qua Striges pelle ere posses,
A foribus noxas, hac erat alba, dedisti,
Sunt avida volucres non qua Pinata mensis
Gustura fraudabant, sed genus inde irabunt;
Grande caput, flantes oculi, rostra apta rapina
Canicies pennis, unguibus hamus inest.
Nocte volans, puerosq. petunt matricis egenes,
Et viciant cunis corpora rapta suis.
Carpere dicuntur latentia viscera rostris.
Et plenum poro sanguine gatur habent.
Est illis Strigibus nomen, sed nominis huius
Causa, quod horrenda stridere nocte solent.
Sive igitur nascuntur aues, seu carmine fiunt
Nempe, qua in volucres falsa figurat anus.
In thalamos venere Proce, Proca natus in illis
Prada recens autum quinq. diebus erat.
Pectoraq. exorbent avidis infantia linguis,
Et puer infelix vagit, opemq. petit.
Tervita voce sui nutrix accurrit alumni,
Et rigido sectas invenis ungue genas.
Quid faceres? color oris erat, qui frondibus olim
Esse soles seris, quas nova laesi hyems.
Peruenit ad Cranem & rem docet, illa timorem
Pone, tuus sospes, dixit, alumnus eris.
Venerat ad cunas, flebant materq. paterq.
Si hinc vos lacrymas, ipsa medebor, ait.
Protinus arbutea posses ter in ordine tangit,
Fronde ter arbutea limina fronde notat.
Spargit a quis aditus, & aqua medicamen habebant
Extaq. de porca cruda bimestris tene s.
Atque ita noctis aues exis puerilibus, inquit,
Parcite, pro parvo victima parva cadit,
Cor pro corde precor, pro fibris sumite fibras
Hanc animum vobis pro meliore damus.
Sic vbi libavit profecta sub arbore ponit:
Quique adfuit sacris respicere illa vetato
Virgaq. Ianalis de spina sumitur alba
Qua lumen thalams parva fenestra dabat.
Post illud nec aues cunas violasse feruntur,
Et redijt puero qui fuit ante color.

Idem Ovidius Strigis carnes enumerat inter alia medicamenta, quibus Aefoni Iasonis patri inuentam Medea restituit.

Addis exceptas Luna de nocte pruinas
Et Strigis infames ipsi cum carnibus, alas.

M E D I G A .

EX sententia C. Titinij Poetae, qui fabulas togatas scripsit Q. Serenus puero à Strigibus
falcinato, allium praecipit annēti pro amuleto.
Præterea si foridè premis Strix asra puellos,
Virosa immulgens exeris vbera labris,
Alia præcepit Titini sententia necesse,
Quos veteres claras expressit more togatas.

¹⁰ Superstitiosi mali superstitiosum remedium augator Kiranides adferre, & fabulosus scriptor; si
*virumq. inquit, oculum hians extraxeris allegaverisq. viriq. brachio in purpureo panno, abiges omnes
 imorem nocturnum, & Strix, quæ nocet infantes, & paribus insidiatur, & omni æmone fugiet.*

DE CAPRIMVLGO. Cap. IX.

CAprimulgum, et si specie à reliquis admodum differat, non temerè tamen nocturnis ac
 censumus Hoc enim cum illis commune habet, quòd interdum parum clarè, aut ferè
 nihil videat. quæ res in nocturnis præcipuè considerationis est, & quòd potissimas
 suas actiones, vt volatû, rapinam, caprarum fuctum, haud secus atque illæ, nocte exercet. Natu
 ra vero & forma reliquis nocturnis dissimilimus, & Cuculo, quàm Noctuæ similior, vltimum
³⁰ inter has locum meretur.

Æ Q V I V O C A.

DIuerfa ab hac avis est Aegithalus, quam Latine Parum dicimus. Aliqui tamen nomi
 nis vicinitate decepti, cum Aegothela, eum, id est, cum Caprimulgo confundunt. *Aegitha
 lus Parus*
 Nam à Aristophanis Scholiastes, *Aegithalus*, inquit, *Accipitris species est, & rationem*
 a *Inanis*
 nominis, quæ Aegotelæ conuenit, subiungit. *bus.*

S Y N O N I M A.

CAprimulgus Græcè *Α'γροθίλιος, παρὰ τὸ ἔχειν αἰγὸς πτερυγίαται*, quòd capram fugat Apud
 Latinos similiter Caprimulgi nomē à mulgēdis capris inuenit. Noctrates eum Cal-
 cabotto indignant, forta sè quòd bufones, quos bottos vocant, calcare seu concu-
 care, aut pedibus prehendere, & subigere soleat. a Bellonius eam auem purat, quam Galli Fre-
 saye vel Effraye nuncupant, quam rectè, ignoro. Alibi Aluconis quondam speciem pro Gallo-
 rum Frefaye, siue Effraye exhibet, neq. vnicò, aut simplici errore, cum iam ex eadē Caprimul-
 gum, & antea Strigem fecerit, atq. ita ex triplici auum genere vnum componit. Quantum enim
 Strix à Caprimulgo differat, vtriusq. descriptio demonstret. Normanni, alitem eam nocturnam
 Frefaiam videntur vocare, quam nos capite de Strige depinximus. Videtur tamen post erro-
 rem suum Bellonius agnouisse Caprimulgû, cum visum eum a se in Creta veris suis notis de-
 pingat, & genuinâ eius ad Ornithologum conem aliquando miserit. Verùm non debebat ver-
 naculas sãtem voces ignorare. Si enim verum erat priorem illâ nocturnam, quæ Aluconis vi-
⁴⁰ detur species, à Gallis suis Frefaye siue Effraye appellari, quomodo, inquit alibi, verum Ca-
 primulgum in Creta, qui Cuculo similis est, eiusdem ob horribilem vocem eodem nomine veni-
 re? At fieri potest, vt similis vtriusq. vox ipsis imposuerit. Germani nomen Caprimulgo pro-
 prium non habere videntur, forsitan quòd hæc avis apud eos aut raris inuentu, aut nulla sit. Tur-
 nerus tamen ex vetuli cuiusdam opilonis Heluetai relato Paphos eos, id est, sacerdotis lin-
 gua sua vocari autumat. Verùm ridiculi nominis quænam ratio assignari possit, non video.

D E S C R I P T I O.

CAprimulgus (inquit à Aristoteles) *avis mōtiana est magnitudine paulò maior, quàm Mera-
 la, minor, quàm Cuculus. b* Plinius *grandioris Meralæ aspectum esse tradit. c* Bellonius tam
 colore, quàm magnitudine fermè Cuculum eum representare etiam affirmat. Hic, cu
 ius nos imaginem exhibemus, vndiq. quaq. nullis reclamantibus notis, illi, quem Aristoteles, &
 Plinius describunt, responderet. Est enim non tantùm reuera Cuculo paulò minor, sed, præterea
 ita illi similis, vt Cuculum iures, nisi inusitata pedum, crurumq. exilitas & breuitas, & diuersa cõ
 structio obstaret. Ab extremo rostro ad vitimam caudam dodrantem, & pollucem longus est.
 Rostro perquam exiguo, si reliquo corpori & capiti compares, vix Passerino maiore, nigro, ni-
 hil aut modicum adunco, plumulis gracillimis, tanquam pilis quibusdam supernè ad nares, & in
 fernè sub mento ceu barbula. Caput vertice longo est, ac compresso. Oculi grandes admodum
 fernè sub mento ceu barbula. Caput vertice longo est, ac compresso. Oculi grandes admodum
 itis, pupilla prosum nigra rarissimo exemplo, nisi id ob ætatem, quæ tenerior fuisse videtur, ac
 cidat, vt in Colūbis Accipitribusue fieri videmus, quorum oculi primùm nigerrimi toti, ætate